DARGAUD in medium profert: novum periculum adit **Asterix**



composuit Goscinny

pinxit Uderzo

in Latinum convertit Rubri-castellanus

Stuttgardiae sumptibus DELTAE


RAX!
delirant isti Romani!


paulo minus valeo, Panoramix!...
nullo modo, Obelix, potionem magicam accipies! milies tibi dicebam te natum infantem in eam incidisse!

2

novum periculum Asterigis

Asterix apud Gothos

composuit Goscinny

pinxit Uderzo

in Latinum convertit
Rubricastellanus



Stuttgardiae sumptibus DELTAE MCMLXXVIII

Ubersetzungen in andere Sprachen: BELGIEN: Editions du Lombard, Bruxelles. DÄNEMARK: Gutenberghus Bladene, Kopenhagen. DEUTSCHLAND: DELTA Verlag, Stuuttgart. FINNLAND: Sanoma Osakeythio, Helsinki. FRANKREICH: (Originalausgabe) Dargaud, Paris. GROSSBRITANNIEN: Brockhampton Press, Leicester. HOLLAND: Geillustreerde Pers., Amsterdam. ITALIEN: Arnoldo Mondadori Editore, Verona. NORWEGEN: Hjemmet Forlag, Oslo. PORTUGAL: Livraria Bertrand et Editorial Ibis, Lissabon. SCHWEDEN: Hemmets Journal Förlag, Malmö. SPANIEN: Editorial Bruguera, Barcelona; Editorial Molino, Barcelona.

Verlag: DELTA Verlagsgesellschaft mit beschränkter Haftung, Postfach 1215, 7 Stuttgart 1. Herausgeber: Adolf Kabatek. Lateinische Übersetzung: Karl-Heinz Graf v. Rothenburg. Redaktion: Roswith Krege-Mayer. Druck: Henri Proost u. Co., Turnhout. Gedruckt in Belgien. © DARGAUD EDITEUR, Paris –1963– von Goscinny und Uderzo. Deutsche Rechte bei DELTA Verlagsgesellschaft mit beschränkter Haftung, STUTTGART 1978, 3. Auflage.



anno a.C.n.L: tota Gallia, quae, ut vides, est divisa in partes quinque, a Romanis occupata est... Totane? Minime! Vicus quidam a Gallis invictis habitatus invasoribus resistere adhuc non desinit. Neque vita facilis legionariis Romanis, quibus sunt castra bene munita Babaorum, Aquarium, Laudanum, Parvibonumque...

QUIDAM GALLORUM...



ASTERIX heros noster est. qui subiit haec pericula. Ei viro bellicoso humili statura ingenioque callido omnia periculosa mandata sine ulla dubitatione committuntur. Vim plus quam humanam ex potione magica Panoramigis Druidae trahit...



OBELIX inseparabilis Asterigis amicus est. Munus eius est ingentes cippos comportare, valde amat carnem aprorum. Obelix semper paratus est omnia ex manibus demittere, ut Asterigem ad novum periculum subeundum sequatur; dummodo apri et acerrimae rixae appareant.



PANORAMIX, venerabilis vici Druida, visca secat potionesque magicas miscet. Imprimis potio quaedam, quae vires incredibiles tribuit, popularissima est atque gratissima vicanis. At Panoramigi etiam aliorum potuum praecepta sunt...





CANTORIX bardus est. Iudicia de eius indole diversa sunt: ipse se ingeniosum iudicat, omnes ceteri cantus eius incredibiles esse sentiunt. At cum nihil dicit, sodalis hilaris atque alacer est, ab omnibus magni aestimatus...

MAIESTIX postremo princeps civitatis est. Augustus, fortissimus, suspiciosus homo rei militaris peritissimus a suis colitur, timetur autem ab hostibus. Maiestix nihil timet nisi hoc unum: ne caelum in caput cadat. At ut ipse dicit: „Nondum omnium dierum sol occidit."


in viculo Gallico, ubi fortissimi amici nostri habitant, Panoramix Druida profectionem in silvam Carnutum diligentissime praeparat. semel in anno omnes Galliae Druidae in hanc silvam conveniunt, ut vias rationesque magicas inter se comparent, colloquantur cum aliis Druidis, reperiant, quis optimus huius anni Druida sit...
lalala lilala!
sollicitatus sum, o Panoramix. iter ad silvam Carnutum longum atque periculosum est.
blablablabla!
me patere te prosequi, Panoramix!
minime vero, Asterix. in concilio interesse nemini nisi Druidis licet!
prosequar te usque ad primam silvam, ibi exspectabo, dum redieris...
hmmm! sit ita!
licetne mihi quoque vos comitari? hoc ipso tempore mercatura cipporum iacet!
egomet ipse vobis carmen viaticum canam!
nullo hercle modo canes!
nullo hercle modo canes!
nullo hercle modo canes!
TAX
TAX
TAX


loco remotissimo prope finem Galliae in orientem spectantem duo legionarii vigilias agunt...
cum dicam porro!
?
sst! aliquem Gothice locutum esse credo!
BAM
!?
fabulae, Pedalis!
persuasum mihi est, Pneumatice!
numquam pro Iuppiter, neque occidentales, neque orientales, neque alii Gothi pedes in terram Romanorum ferre audebunt!
porro! captate eos!
!
!?
TUX
BEM
BAM
TAX
nonne supra dixi?
errare humanum est...
bene factum Theoric, Hyſteric, Peripheric, Symmetric! nunc autem ſine mora ad ſilvam Carnutum!
vivat, creſcat, floreat Rhetoric, caput noſtrum!


inter has gravissimas in limite controversias amici nostri silvae Carnutum appropinquant...
brevi momento aderimus omniaque bene evenerint!
tanto melius, tanto melius...
fame morior...
o, gratissimus mihi venis!
quis venit? aper?
salutate, quaeso, cari amici, intimum sodalem meum Belgicum, Nonagintricem!
salvete, carissimi!
omnes, crede mihi, obstupefaciam artibus meis!
me quoque tibi affirmo...
STATE!
custodia Romana!
prosternam? prosternam?
minime vero, Obelix! inter concilium Carnutum indutiae conservandae sunt!
oramus, ut iter pergere possimus. sumus Druidae ad silvam Carnutum ituri!
pro Iuppiter vobis confidere volo, sed argumentis comprobandum est!



facillime afferemus, quo demonstrari potest nos veros et sinceros Druidas esse.
sine, quaeso, ut egomet ipse demonstrem!
liben-tissimo animo!
voluntarius se offerat ne-cesse est.
tiro Fercule, tu voluntarius eris!
?
devora has herbas, quaeso...
MPFFF!
MPFFF!
prodigium exspecto!
legionarium tuum loqui iube...
loquere!
Iii-AAA!
hihi! sermone asinorum utitur! hihihi!
genus eloquendi haud multum mutavit!
?
transire vobis licet, veri et sinceri Druidae estis... officium nostrum est omnes perscrutari, quia caterva Gothorum fines transisse dicitur.
Iii-AAA!
silentium! pari citatoque gradu procedite!


quod te comitamur, recte facimus: haec regio barbaris redundat!
minime vero! proelia, quibus Romani cum barbaris contendunt, nihil ad nos attinent.
SILVA CARNUTUM ADITUS NEMINI NISI DRUIDIS
ah! advenimus!
bene, manebimus hic, dum concilium finitum erit.
pactum est.
certamen tibi feliciter eveniat!
hunc locum commode nobis instruamus.
quaero ex me ipso, qua de causa barbari huc venierint...
locus amoenus est... plenus suibus feris!
et haud procul inde...
tenetiſne, commilitones, quo tendamus?
propoſitum nobis eſt, ut Druidam victorem capiamus. Druidam captum trans finem abſtrahemus. deinde arte magica eius inſtructi Galliam Romamque occupabimus ...
bene eveniant, quae optant occidentales, orientales, omnes demum Gothi!
vivat Rhetoric, princeps noſter!
ſilentium! mementote Druidam victorem eſſe capiendum!
mihi persuasissimum est, Nonagintrix, me optimum huius anni Druidam discessurum!



*verbum magicum, hodie non iam efficax.


candidatus Floralix procede primus!
paucis potionis guttis effusis...
CLAP
CLAP
...pulcherrimi flores efflorescunt extra anni tempus!
CLAP
CLAP
bellissime fecisti!
CLAP
CLAP
CLAP
res vere lepida!
CLAP
CLAP
tacedum, trunce!
CLAP
CLAP
CLAP
qua de cauſa? et barbarus et floricultor eſſe poſſum, annon?
crrrr!
candidatus secundus artem suam demonstret: Imbrifix Druida!
paululo pulveris sursum iacto...
...urceatim pluit!
ingeniose!
at dies pluvius non est!
ABIDSI!
succedat nunc: Practicus Druida!
IBADSI!
viam repperi, qua potio in pulverem mutari possit. sacculi potione impleti minoris loci indigent quam olla!
sed ad potionem praeparandam etiam nunc olla tibi opus est...
solvi et hunc nodum...
...nam etiam ollas in pulverem mutare possum!
ingenio sissime!
attonitus sum!
optime!
CLAP
CLAP
CLAP
CLAP
certamen coepisse videtur. eos valde delectari audio!
ADITUS NEMINI NISI DRUIDIS
mihi persuasum est, Obelix, Druidam nostrum potione sua magica praemium certaminis ablaturum.
EUGE!
CLAP
CLAP
CLAP
LAUDO!


procedat candidatus proximus: Nonagintrix!
animos, quaeso, attendite ad potionem meam specialem: quisquis eam consumpserit, dolores corporis non iam sentiet.
GLUT GLUT GLUT
patatas frictas nudis manibus oleo ferventi excipere possum!
CLAP CLAP
CLAP CLAP CLAP
utile!
excellentissime!
nunc autem – ultimus candidatus: Panoramix Druida!
potionem miscui, quae cuilibet immanes vires tribuit!
mihi opus est Druida senili!
egomet senilis sum!
cum potaveris, arbores evellere poteris, senicule!
an istam?
eeeeeh! oooooh!
CRAAAACC
deliras plane, annon?
nonne vides nos visca secare?!!
multa miraque de potione tua traduntur, attamen re vera maior exspectatione est!
licetne mihi discedere?
euge! ille victor est!
ergo is nobis capiendus eſt!


Panoramigem optimum Druidam huius anni declaro eique praebeo cippum aureum!
vehementissime commoveor!
LAUDO!
VIVAT!
gratulor tibi!
quis crederet?
concilium finem habet, Panoramix! si vis, una abimus!
iuvat, Nonagintrix! sarcinam modo afferam.
omnium maximus, maximus, maximus sum!
eſtiſne prompti?
prompti ſumus!
papae...
nunc autem nos abripiamus!
hmmmm! hmmmm!
interea...
sed Panoramix, ubi haeret?
TOPP
TUPP
concilium Druidarum finitum est, sed ne vestigium quidem Panoramigis exstat.
vidistine? victor certaminis esse videtur.
sollicitor, Obelix... age, quaeramus eum!


me vos videre gaudeo! haec cura me sollicitat: Panoramix frustra exspectatur!
hac via usus est...
agite, quaeramus eum!
heus vos repperi nescio quid!
galeam Gothorum occidentalium! terribile dictu! numquam amicum nostrum videbimus!
immo vero videbimus! e faucibus barbarorum eum eripiemus!
galeam Gothorum occidentalium esse credebam?
optime! ego vos comitabor!
lubenter audio, Nonagintrix, bone vir! at ego atque Obelix soli hoc periculo perfungemur.
monstra mihi, quaeso, ollam, qua Druida noster ad potionem parandum usus est!
ista est!
bene eveniat, amici!
GLUT
GLUT
GLUT
at quo nunc nobis eundumst?
ad orientem, ubi habitant Gothi occidentales!
ergo Gothi occidentales orientem habitant?
attende: Gothi occidentales occidentem, Gothi orientales orientem habitant. at Gothi occidentales pro nobis occidentem incolentibus orientem habitant. intellexistine?
omnino nihil!


vestigia quaere, Obelix!
vestigia cuius, Asterix?
state!
ecce Romani!
!
sine nos transire, Romane, tempus nobis non est!
quaerimus catervam Gothorum, quae hic vagari dicitur!
hihihi! nos quoque eam quaerimus, et quidem catervam Gothorum occidentalium orientem habitantium!
?!
ecce galea Gothi occidentalis! vosmet ipsi caterva Gothorum estis!
quid? nos—caterva Gothorum?
istos catervam Gothorum nominas? at tantum duo sunt!
licetne, Asterix, licetne?
licet, Obelix!
TAX
quod haustum potionis magicae sumpsi, bene feci!
resistite, Romani, resistite, quaeso!
paululo post...
ita est, ut dixisti, decurio: caterva erat!


res implicatur. non modo tempus trivimus, sed nunc etiam Romani vestigiis nostris instant!
in finitimis Romanorum castris, in tentorio Aufugi imperatoris...
pro Iuppiter! intolerabile est barbaros in finibus Romanorum libere vagari posse. Caesar, cum cognoverit, nos leonibus cibum obiciet.
ave, imperator! exploratores adsunt!
dux eorum celerrime intret!
ave, imperator! catervae barbarorum occurrimus, sed victi sumus.
catervam, quam dicis, explica!
alter crassus, alter pusillus erat!
speciem eorum pingam.
hanc chartam multiplicari inque omnia praesidia distribui iube! Romanus currendo vincit!
illi duo Gothi nobis capiendi sunt!
capiemus, et quidem celerrime! id iure iurando vobis affirmo!
nuntii in omnes regionis partes dimittuntur...
?
paulo post...
venit aliquis!
age, in hanc arborem ascendamus!



ecce miles legionarius!
quomodo id intellegis?
prendamus, eum, ut videamus, qua de causa tam celeriter advolet!
sic itur ad astra!
RUMMP
?!? simulacra nostra!!!
hihi! lepida!
subscripta minus lepida sunt: duo coniurationis capita supra depicta capienda sunt – aut viva aut mortua! praemium amplissimum dabitur!
isti stulti non modo barbaros non persequuntur, sed potius nos!
et profecto tota silva omnia miscentur et turbantur – praeter barbari...
ita est! tantum abest ut orientales Gothos persequantur ut nos mente capti sunt!
quid hoc ſibi vult?



iterum arbor nobis ascendenda est, silva Romanis redundat!
bene!
venit mihi in mentem, ut nobis Romanam vestem induamus!
ingeniosum est, Asterix!
diligentissime circumspecta, Obelix! nobis opus est duobus Romanis nostrae staturae!
alter minima, alter media statura...
mirum si nosmet ipsi illos Gothos captare possimus!
si Dis placebit, nobis obviam occurrent...
!!
pro Teutates!
pro Belenus!
TUX
TAX
BAFF
RUMM
heus Asterix, resistere non iam vult...
gaudio desiste, Obelix, nobis tempus non est!
VIPVAP
VIPVAP
ego vestimenta a corpulento eripiam, tu a parvo.
consilium tuum haud absurdum videtur...
BUM
BUM BUM
nostra quoque vestimenta nobiscum auferemus...
nonne sumus viri vere Romani!


...neve oblitus sis, Obelix: cum Romanis occurremus, tu legionarius Obelus, ego legionarius Asterus ero. dicendumst: pro Iuppiter et ave!
hihi! ridiculum!
attende! milites legionarii appropinquant!!!
hmcrrffhihi!
ave, commilitones! vidistisne vestigia duorum Gothorum?
ave et pro Iuppiter... hrchrrffhihi...
raaachrahaauaa!
?
date veniam, amicus meus hilarissimus est!
hiahuuu! uaa! uaa! hi! hi! ha! ha! pfrchrmpfng!
ei invidendum est: ridere potest, quamquam certamen cum duobus rabidissimis Gothis imminet...
agedum, pergendumst, ave!
ho! ho! hahaha! ave! hihihi!
dic mihi: vidistine barbas crinesque eorum?
vidi! extra ordinem sunt... huius rei ad rationem revocabuntur!
papae!
quid? quid?
!
hmmmm! hmmmm!
hmmmm! hmmmm!



ecce alter corpulentus, alter parvus!... illi isti Gothi sunt!!!
godisu? ?
hmm? hmmmmmm!
nunc demum omnia perspicio: duo Gothi a legionario quodam capti sunt, qui, ut eos in castra abstrahere praemiumque accipere possit, supplementum arcessivit!
Gothi sunt!
iooo! eos iam bene constrictos nobiscum portabimus...
...praemiumque accipiemus!
hmm!
non ita honesti sumus — nonne consentis?
hmmmmmmmmmmm!
video meliora proboque deteriora sequor.
hoc ipso tempore...
properandumst! vereor, ne dolus brevi detegatur!
icc! nunc mihi singultus est... icc! mihi terrorem affer, Aster...icc...Asterix!
Gothi autem mirari et stupere pergunt...
vidistine istos duo scelestos, o bone vir?
?
eodem tempore...
castris appropinquamus...
imperator nos valde laudabit!
ave, imperator! duo milites legionarii tecum loqui volunt. captivos secum ducunt. captivos Gothicos!
intrent, per Mercurium, intrent! maximo gaudio me afficiunt!


ave!
ave!
ave, ave, optimi viri! istos Gothos captavisse videmini?
en adsunt!
legionarii, pro fortissimo facinore praemium accipietis: ludis circensibus interesse vobis licet!
barbaros ipsos interrogemus...
per Iovem! denique iocorum satis est ?!!
?!
mirum: comprendo nunc linguam Gothicam!
qu... quae sunt vobis nomina?
Marcus Decubitus et Iulius Mellitus, legionarii tertiae cohortis!
quid? legionarii? quale? legionarii? qui? legionarii?
nisi animus me fallit, aliquis nos ludibrio habuit.
captati sumus a duobus Gothis numero frequentioribus, qui nobis vestimenta detraxerunt!
fac omnes sciant: Gothi veste mutata Romanos simulant et captandi sunt!!!
et... qu... quid ad sedes in circo?
immo vero primores sedes honoris causa accipietis...
. . .in arena apud leones!



vix Romani audiverant istos duos Gothos Romanos simulare, omnia miscentur ac turbantur... nam omnes Romani alius alium persequuntur...
porro, Gothe!
plane deliras, annon?
vir vere Romanus sum! vir vere Romanus sum! vir vere Romanus sum!
teneo te, barbare!
vires infelicem imperatorem Aufugum deficiunt...
omnes insaniunt atque ego caput eorum sum! ululuuu!
at nonnullis perturbatio usui erat: Asterigi atque Obeligi, qui iterum Gallicam vestem suam gerunt...
...et Gothis, qui huius perturbationis causa erant: non impediti in Germaniam, in patriam suam redeunt.
animos attendite! finis in conſpectu eſt!
est magnum quoddam onus atque munus imperium Romanum ab invasoribus defendere...
GALLIA IMPERIUM ROMANUM
Germania
heus tu!
hmmm?
VAPP
gloria, victoria, commilitones! velut dei a noſtris ſalutabimur!
portatiſne vobiſcum rem, pro qua portorium dandumſt?



immo vero nobis portorium dandumſt: pro Druida quodam!
ſaccum aperiatis, quaeſo!
*maledicta Gallica, quae convertere recusamus.
eſt quidem merx adventicia, pro qua ...
nobis mandatum erat, ut Druidam apportaremus, cuius auxilio totum orbem terrarum occupare poſſemus. nos tranſire patere, Gothe orientalis!
nullo modo patiar! princeps interrogandus eſt!
*maledicta Gothica, quae sic transferimus:
eodem tempore in altera finis parte...
heus commilito! stationem agis — paulum conquiescens?
Germania
subito Gothi me a tergo aggressi sunt, qui fines Gothicos invadere voluerunt...
quas fabulas! Gothos Galliam invadere — consentio... Gallos fines Gothorum invadere — consentio...
GALLIA IMPERIUM ROMANUM
sed Gothos fines Gothorum invadere — stultitiae est!!!
at... at...
paulo post...
nulla mora est. finis transeundus, Germania appetenda est!
ibi apros esse spero.
princeps comprendere nolit!
GALLIA IMPERIUM ROMANUM


heus tu!
GALLIA IMPERIUM ROMANUM
hmmmm?
VAPP
iterum atque iterum istae molestiae terminales!
GALLIA IMPERIUM ROMANUM
princeps, princeps! nunc re vera quidam invaserunt!!!
!?!
re vera invaserunt? ...ubi? ubinam?
nunc quidem duo Galli in Germaniam invaserunt!
o asine! invadere: id est fines transgredi ad nos versus neque in contrarium!
sed mihi dixisti, princeps...
te autem in cella includam quattuor dies, ne iterum me ludibrio habeas!!!
beatus ille homo, qui sedet in sua domo...
interea Gothi portorium dederunt...
TAX
Pſychiatrix, o maximum caput noſtrum! victorem certaminis Druidarum tibi afferimus. eius arte magica Galliam totumque imperium Romanum expugnabimus!
CLACC
bene factum! in caveam eum concite! inquiſitio poſtea erit!


attende! venit aliquis!
unde eſtis?
linguam Gothicam non intellego, sed eum nos interrogare suspicor, unde simus...
ave et per Iovem! ego Obelus legionarius atque amicus meus Asterus legionarius est.
!
stststststs!
at! ... niſi magno errore captus ſum ... iſti Romani ſunt, qui fines noſtros occupare volunt! petite eos!
TAX
TUX
BIONG
age Obelix, abdamus nos in frutices! tibi a me aliquid explicandumst...
nos Romanos simulare non iam necesse est, Obelix. melius est nos vestes Gothicas nunc induere...
qua de causa?
attende animum, Obelix! hic tua statura est!
eheu!
post unam horam...
tandem aliquando! istum apparere numquam crederes!


eheu!
TUX
TAX
galeas Gothicas nostris imponamus; quo modo Gothis simillimi erimus.
bene!
ne oblitus sis: linguam eorum nescimus! nullo modo igitur nobis loquendumst cum Gothis!
attamen eos verberare licet?
interim...
o Pſychiatric! Tricidic interpres adeſt!
intret!
ſi iſte Druida mihi non obſequetur, brutaliſſimus fiam, Tricidic: et Druidam et te ipſum trucidabo! teneſne?
te ... teneo
interroga eum, ſi vires ſuas magicas nobis in uſum tradere paratus ſit ...
paratusne es vires tuas magicas nobis in usum tradere?
nullo modo!
fortaſſe ...
reſpondeat, utrum velit an nolit!
utrum vis an non vis?
nolo!
vult!
optime! quando nobis artes ſuas demonſtrabit?
ſeptem diebus poſt, cum luna implebitur.
uff! eo modo paulum temporis nactus sum!


quomodo Panoramigem, Druidam nostrum, reperire possumus, Asterix?
nondum scio... abdamus nos! ecce milites!
laevo – dextro – laevo – dextro
laevo – dextro – laevo – dextro
Gothi – Gothi ſuper omnia...
sequamur eos! hoc modo nos Druidam reperire posse suspicor.
laevo – dextro – laevo – dextro
ſuper omnia Gothi...
cervisiam, cervisiam – aut mooriaar!
etiam taces, Obelix!
oppido appropinqua-mus; clam aufugiamus!
heus vos extremi!
ſervate ordinem! ego vos in pedes ... im=perio parete! laevo – dextro – laevo – dextro!
quid dicit?
sssst! Obelix!
prima nocte clam egrediemur, interim suspicio movenda non est. malum est, si nos Gallos esse sentiunt.
laevo – dextro – laevo – dextro!


vos duo, ſequimini me!
?
verrite diligentiſſime totum campum! vos dictum meum bene comprendiſſe ſpero!
dic, Asterix: num huc venimus, ut terram eorum verramus?
patentia utere, Obelix!
BUUUUU BUURUUU
quo illi ruunt?
?
vos duo! ite in ordinem, ut in armis exerce= amini!
haaaſtas praeeeeebete!
nolite pergere me ludibrio habere! vos dictum meum bene comprendiſſe ſpero!
TARA-TANTAR
aprum brassicae longe antepono. interrogem eos urbane, si...?
hac nocte nobis fugiendumst, ut Druidam indagemus!


Asterix et Obelix non soli fugam parant... nam haud procul in oppido...
in Galliam emigrabo. scientia linguae Gallicae nisus domicilium collocare possum...
ſta!
vigiliae!
ecce Tricidic interpres! quo vadis hac hora?
bene ... ehem ... nam ... ego equidem ...
maxime ſuſpicioſum! age, in cuſto-diam abi! cras omnia explicabis!
abire recuſo! longe erras! honeſtiſſimis viris familiariter utor!!!
actum est de me! princeps nullo modo mihi ignoscet, quod false transtuli verba illius Druidae pertinacis...
interea...
bene tenes? cum Gothis neque rixandum neque loquendum est!
teneo!
!
eheu! eheu! eheu!
ehem, ehem, ehem. amiculi mei! etiam vos in cuſtodiam abite!


celeriter vos movete!
nunc autem satis superque habeo! agedum, eamus!
quid ad illum?
os eius claudimus eumque nobiscum ducimus. fortasse auxilio nobis erit.
exploratores Gallici sunt! si eos captare possim, omnibus angustiis liberatus sim.
fortes fortuna adiuvat!
eamus?
eamus!
CRACC
nemo adest!
relinquamus oppidum silvamque petamus!
beatus mihi videor!
hic tuti sumus, hic Gothum interrogemus!
refrigescit!
sum omnium fortunatissimus!
scisne tu, ubi sit Druida Gallicus?
interroga in aeternum!
oblitus sum eum Gallice non loqui!
aaaatsum!
bene tibi!
gratias ago!
?!!?
?!!?


at Gallice loqueris!
at ne unum quidem verbum Gallicum loquor! ne unum quidem! mihi ad linguas discendas ingenium non est!
dic nobis, ubi sit Panoramix, Druida noster!
ullum verbum dicere nego!
agedum ergo, Obelix!
optime!
(celerrime) Psychiatric Druidam captum tenet. usque ad lunam plenam occasio ei datur artis magicae demonstrandae. nisi demonstraverit, morietur...
indicabo vobis, ubi sit. sed mitte me! vereor, ne ipse trudicer!
nunc eloquentissimus est...
in oppidum revertamur!
BOM-BOM-BOM
e manibus mittite me, quaeso!
mittemus, cum Druidam nostrum reppererimus — tum demum!
ubique locorum circumeunt! nos fugisse detexerunt!
huc venite! duo exploratores Gallicos teneo!
veni, Obelix! periculum in mora!
POC POC POC POC POC POC
iſtic! iſtic ſunt! capti ſunt!
quid hic inscriptum est?
tempus non est litteras peregrinas investigandi!


in angustiis haeremus!
detrimento erit eis!
actum eſt de eis!
concluſi ſunt ut aves in cavea!
inſtate, commilitones!
PIFF
PAFF
PUFF
acti iucundi labores...
pusillus quidam etiam nunc restat...
mitte! depone eum! ad regulum suum nos ducet!
placet!
tradimus nos tibi!
?!?
dum haec geruntur, Psychiatric...
magno deſiderio artem tuam magicam videndi teneor ... miſerrimum eſt te linguam meam neſcire!!!
in hasta me praefigeret, si me sciret expedite lingua Gothica loqui posse... etiamsi paululum colorata.
o maxime princeps noſter! duo ferociſſimos Gallos excepi!
falſa dicit, o princeps! ego equidem cum capitis periculo iſtos exploratores inveſtigavi!
?
?!?



hi exploratores Gallici ſupplicio punientur! ... Tricidie, quaere e Druida, ſi etiam nunc paratus ſit ad artem demonſtrandam!
cari amici! magnae imprudentiae est vos caput in rictum leonis inserere!
male cadet leoni!
unum hoc quaeso, ut artem tuam magicam demonstres, Druida!... copiam auri tibi promitto!
plane deliras!
e ... etiam nunc conſentit ...
optime!
o caput Gothorum! interpres tuus mentitur!!!
?!
numquam tibi artem meam demonſtrare volui!
Gothice loquitur! Gothice loquitur!
cras una cum aliis ſupplicio punieris, et quidem exquiſitiſſimis cruciatibus!
omnes in vincula conicite! omnes!
paulo post...
CRAPP
ululuu!! mali! mali Galli! vestra causa me in diversa distrahent, serra secabunt, in hasta praefigent! me tam mollem! me, qui ab umore pulloque in vino cocto abhorreo!


ululuu!!
nos Gothos simulare non iam necesse est...
nobis colloquendumst, cum interpres dormiet.
BIONG
dormit, colloqui possumus.
!?
celerrime nobis hinc aufugiendum inque Galliam redeundumst!
certe redeundumst, at prius Gothi ita deterrendi sunt, ut numquam nos oppugnent... deterrendi sunt in omne tempus!
at quomodo tanta mira fient?
paulum eos conturbabimus et confundemus!
isto homine sordido, subdolo, ambitioso utemur instrumento maxime idoneo...
hihihi! ho! ho! ho!
mirum eſt: captivi rident ...
ridere deſinent, cum genera tormentorum, quae eis praeparantur, cognoverint!
hahaha! haha!
ha! ha! ha! hi! hi! hi! ho! ho! ho!
hihihihi! huhuhuhu! hoho-hoho!
hi! hi! hi! ho! ho! ho! ha! ha! ha!
re vera carcer maxime ridiculus eſt!


excita eum!
excitabo!
age, puer desidiose, expergiscere!
ooooooh! ergo non erat somnium!
capitis condemnatus sum! qui uxorem in matrimonium ducere multosque liberos barbaros procreare volui...
miseret nos te in summas angustias adduxisse...
misericordia vestra mihi usui non est neque impediet Psychiatricem quin me crudelissime ulciscatur!
immo vero! arte mea te validissimum omnium Gothorum reddam, quem nemo umquam vincere possit!
p... p... per iocum id dicit?
maxime severe!
cito! citius! artem tuam vivendi cupidissimus sum!
antea additamentis quibusdam mihi opus est...
custodem advoca, Obelix!
bene!
heus! heus! adestne aliquis?
?!
CRACCC
quaeſitum i, ſi Pſychiatric concedat, ut poſtremum ſorbitionem Gallicam nobis paremus ... additamenta in hac chartula ſcripta ſunt.
?!




interea Psychiatric magistrum tormentorum spectaculum crastinum sibi explanare iubet...
primum propono, ut eorum membra in diverſum diſtrahamus incitatis equis ...
mmmmmbene ... novum quidem non eſt, tamen ſemper placet riſumque movet ...
... deinde, ut eos in particulas diſſecemus ...
at particulas videri poſſe neceſſe eſt.
o Pſychiatric! captivi optant, ut poſtremum ſorbitionem Gallicam ſibi parare atque edere poſſint ...
conſentio! damnatos cras bonis viribus eſſe neceſſe eſt!
paulo post...
me omnia portaviſſe credo!
CRACCC
?!
paululum ſalis afferas, quaeſo ...
vos ego ...
TUCC TUCC
CRACCC
? ?
gratias agere oblitus ſum ...
omittite, malum, hanc portam!



o cara Lutetia...
sume tu quoque paulum potionis, Asterix. tibi usui futuram credo.
et quid ad me?
milies tibi dicebam te natum infantem in aenum plenum potionis incidisse et ex eo tempore potione non indigere, effectus potionis tibi numquam dilabentur, ut scis!
iniquum est! maxime iniquum!
potio parata est! ergo bibite!
at non sentio ullam vim!
ain tu? vires in hac porta experiri potes!
CRACCC
veto – vos – hanc – portam – iterum – tangere!
iooooo! triumphe! validissimus sum! poten-tissimus sum! Psychia-tric a me contundetur! et Visigothas et Ostrogothos et Romanos et Gallos subigam!
exspecta spectaculum supplicii, quo magis omnes te admirentur!
optimum consilium: exspectabo!
dominus omnium Gothorum ero, imperator totius orbis terrarum!
res bene procedit!



damnati producendi ſunt ... hora ſupplicii adeſt.
quietiſſimi ſunt. numquam tam quietos captivos in carcere habebam.
brevi quieſcere deſinent!
bII, bIII, bIV
navis submersa*!
veniunt!
* hoc ludo, qui bellum classicum nominatur, ad hunc diem discipuli in omnibus orbis scholis delectantur.
hora adeſt!
properemus! properemus!
postea ludere pergemus!
cu ... cur ita properant!
?
ascendite!
IN ARENAM aditus tantum actoribus
Yooooo! Euge! Incipite!


poſtulo, ut primus ſum ordine!
ſi placet ...
eum mihi quadripartite!
laudo!
conſilium bon
vivat Pſychiatrix!
CLAC
porro, Clara!
qu ... quid hoc ſibi vult?
?
fieri non poteſt ...
ſolvite damnatum equoſque validiores adducite!
ne ſollicitatus ſis! poſt punctum temporis pergemus. ignoſcas, quaeſo ...
RACCC
vaaah!


omnes attendite! Druida Gallorum viribus magicis me affecit. ego nunc caput veſtrum ſum: Tricidic I.
iooo! placet! moriatur!
laudo! ... vivat Tricidic I.!
fac deſiſtas! ego caput ſum!
in vincula hunc miſerabilem conicite! vita tua nullius iam pretii eſt, Pſychiatric!
paulo post in regia...
intrate, amici, intrate! excogito mente, quibus tormentis Psychiatric cras morietur.
quid con-ſtitu-mus?
Pſychiatric primum in aquam calidiſſimam immergetur.
excusa me, quod cogitationes tuas interrumpo, sed aliquid a te petere volumus...
hmmmm? concedo omnia, quae petis, probe Asterix!
nos decessorem tuum visitare paulumque lacessere desideramus.
consilium excelentissimum! delectate vos!
optime procedit!
ut primum illis Gallis opus mihi non iam erit, trucidabuntur ...
in hac re tractationem ſpecialiſſimam propono: ollam, qua vapore compreſſo pagani perbrevi coqui poſſunt. cum mitigati erunt, olla ſibilabit!
hihi! progreſſus technologiae tardari non poteſt!


Asterix, Panoramix, Obelix in carcerem, ubi paulo antea ipsi conclusi erant, descendunt, ut cum captivo loquantur...
Pſychiatric, nonne iniuriam acceptam ulciſci et principatum recuperare vis?
?
Tricidic
consentit!
audio atque video!
cum paulum huius potionis potaveris, tam validus eris ut Tricidic. tuum eſt his viribus uti ...
!
GLUT GLUT
CLICCC
nunc effrenatus est!
CRACCC
rurſus ille furor incipit! haec porta velo commutanda erit!
ad arma! captivus evadit!
ain tu?
TAX
effrenatus est! hihihi! acu tetigisti, Asterix! iam plus intellego! hihihi!


ubi eſt? ubi eſt?
cuſtos! inquire cauſam clamoris!
inquiſiturus ſum, o Tricidic!
deinde ſtante pede revertere!
ſtante pede, o Tricidic!
?!
vae capiti tuo, uſurpator!
TUX TAX RAMM
neuter vincet, quia uterque potionem sumpsit!
eo magis iuvat!
hihi! effrenatus est...
et profecto — postquam per duas horas contenderunt...
exercitum contra te ducam!
ego quoque! ego quoque!
isti duo inter se pugnare pergent per longum tempus... neque tamen satis est! plures Gothos perturbatum iri necesse est...
hihihi! effrenatus est!
age, age, Obelix!
TUX


ecce, ille idoneus videtur Panoramix...
ita est, Asterix!
quid eſt tibi nomen, vir probe?
Electric appellor.
contentuſne es ſorte tua, Electric?
qui poſſum? pauper atque imbecillus ſum...
viſne tu validus eſſe, princeps eſſe?
?
vias non iam verrere?
vias non iam verrere!
nihil eſt, quod malim!
ergo bibe!
?!
omnium validiſſimus ſum! regnum occupabo! milites conſcribam!
imperator ero! Electric imperator!
Electric purgator! terram Gothorum purgabit!
acu tetigisti! hihihi! effrenatus est!
haud procul inde...
at mu... muliercula mea...
primum emptum abi, deinde mihi rationem reddes de illa re!


ecce proximus candidatus!
bibe!
GLUT GLUT
tres Galli nostri Gothos perturbare perseverant...
bibe!
GLUT GLUT
GLUT GLUT
bibe!
bibe!
GLUT GLUT
bibe!
bibe!
GLUT GLUT
omnes potione curati validissimi sibi videntur et consiliis amicorum excitatus sibi quisque milites conscribit...
TOCC
200! nunc mihi duae centuriae ſunt ...
factiones inter se pugnare incipiunt...
vivat Tricidic!
creſcat Pſych-iatric!
RACC
TOCC
floreat Electric!
vivat Mobidic!
ecce lagoena epota est...
at quae fient, cum effectus potionis dilapsi erunt?
omnino nihil. omnibus pares vires erunt. per multa saecula inter se pugnabunt... itaque finitimos non aggredientur.
bene! Gothis hoc modo pacatis domum revertamur!
revertamur! mihi apri more Gallico parati cupiditas est!

quaedam capita




Psychiatric



Tricidic

maximae confusiones...
BELLA ASTERIGIANA

callidum consilium Asterigis, Panoramigis, Obeligis effectu non caret. Gothi, cum potionem magicam potavissent, inter se acerrime pugnabant. ut melius comprehendatis, vobis eventus horum bellorum referremus:




telum maxime tum dilectum et efficacissimum

auxilio tabellae in dextra parte pictae varias decursiones perspicere potestis.






Tricidic sine ulla dubitatione primam victoriam adipiscitur, circuito usus Psychiatricem – bim! – uno ictu capitali vincit. est quidem victoria parvi temporis...




nam Tricidic victoria frui non diu potest. Lyric eum quamquam foedere sibi iunctum a tergo opprimit seque ipsum summum caput Gothorum declarat. sed cetera capita eum irrident...



neque sine causa irrident: nam Satyric, Lyricis cognatus, insidias ei parat: inter convivium propinquorum mentum eius in patellam defigit. Tum ortum est illud, cave convivia propinquorum!



Tricidic Lyricem eo consilio quaerit, ut nonnullas alapas ei det (a historicis traditum!). at Psychiatric testam eius – bim! – clava graviter percutit. Psychiatric suo Marte pugnabat.



Electric purgator Mobidicem meditantem de proximis bellis gerendis opprimit. animus eius depressus est, sed dicit illud praeclarissimum: adhuc sub iudice lis est!




dum Electric omnibus ridentibus se ipse summum caput Gothorum declarat, capitulum Psychiatricis fusti affligitur – bim! – o capitulum meum! inquit Psychiatric valde enervatus.



Psychiatric tam enervatus est, ut Mobidic eum opprimere possit. post brevem pugnam Mobidic se ipse summum caput Gothorum declarat, cetera capita risum tenere non possunt...



Mobidic violatus castra ponit et – tacet. Bombastic, qui ipse a Lyrice aggreditur, eum opprimit, Lyric ab Electrice, Electric a Satyrice superatur, quem Tricidic vincit.




primum Tricidicis agmen iter flectit et in primum Psychiatricis agmen incurrit – bim! –. hoc proelium in bellis Asterigianis commissum clarum fit nomine proelium duorum invictorum. et bellum continuatur...





ecce finis!
hamham! iam apros odorari possum!
HAM HAM
?!
GALLIA IMPERIUM ROMANUM
state aut peristis!
semper maxime iuvat...
GALLIA IMPERIUM ROMANUM
Germania
TAX
...ad suos redire...
...miseret me, sed quam celerrime vicum nostrum peto!
?
princeps! princeps! invadunt! invadunt!
!?!
Gothine?
Galli!
Galli, qui Galliam invadunt? pergis igitur me ludibrio habere!
TAP TAP TAP
abi in malam rem! degradatus es!
sed princeps...
postquam totam Galliam percurrerunt...
ecce viculus noster!


ubinam sunt?
omnia deserta sunt...
heus? ubinam estis?
Asterix! Obelix! Panoramix!
in vita sunt!
a Gothis redierunt!
Druida Nonagintrix nobis narravit, quae post concilium facta essent. vos perisse credebamus... vobis amissis maerebamus!
valde commoti sumus, o Maiestix, princeps noster!
heroes regressos celebremus!
carmen componam...
BING
BANG
ad multam noctem celebrant, rident, bibunt, apros edunt, sibi ipsis, quae evenerint, diligentissime narrant. haec omnia novistis. itaque vos relinquimus... at brevi redibimus!
...et deinde, hihihi... deinde dixit: effrenatus hihihi est!
alterum aprum ei, quaeso, praebete! alioqui iterum eadem nobis dicet.
EXITUS
acta probat


RAX!
delirant isti Romani!


paulo minus valeo, Panoramix!...
nullo modo, Obelix, potionem magicam accipies! milies tibi dicebam te natum infantem in eam incidisse!


ADHUC EDITUM:
ASTERIX GALLUS
FALX AUREA
ASTERIX APUD GOTHOS
ASTERIX GLADIATOR
ITER GALLICUM
UDERZO